THÉOLOGIE

—

15 PIÈCES

ÉOLOGIE

–

PIÈCES

5.

5

Nicholai horti remensis de gloriosa virginis marie assumptione liber

q

Querenti michi quid ~~in adolescenti michi quid~~ in adolescentia potissimum scriberem: quum voluptatis plurimum capiebam ex agitatione studiorum: id quod michi quidem non mediocrem iucunditatem attulit: Ut de Virgine clarissima omnium maria sermonem facerem: venit in mentem. Nam egomet sic iudicabam: Ut magnam essent felicitatem consecuti: atqz in numero bonorum hominū maxime haberentur: qui eum vite cursum tenerent: Ut ad mariam et honoribus: et summarum virtutum gloria florentem: non modo animum et cogitationem converterent: sed etiam in id stndiū: quod in laudibus eius suauissimis ac longe mitificissimis versaretur: incumberent. Neqz vero unqȝ putaui: quempiam morte mala periturum: qui dum inter mortales vitam duceret: non ad efferendam adolescentulam eam: que virginitatis splendore priuata esset: atqz illecebris voluptatum irretita: sed ad extollendam laudibus in

celum mariaz: tum clarissimam omnium fe
minam: tum amplissimam astree ciuitatis
reginam: studium suum contulit. Sed quid
homini preclarius atqz suauius esse potest:
q̄ deū nostrū laudare: ꝛ hoīz creatorē optimū
ꝛ hoīm redēptorē clarissimū: ꝛ hoīz saluatorē
summa sapientia preditum: Aut mariā ora-
tione decorare: quam constat esse: tum ab om
nibus vicijs remotissimam: tum omni vir-
tutis genere ornatissimam: tum incredibili
glorie magnitudine locupletatam: Quam-
obrem quum mariam in celum verbis efferre
cogitarem: hoc facere institui: vt clarissimā
eius ipsius assumptionem hoc libello custo-
direm. Quid enim gloriosius: q̄ hominem
eum: qͥ honore et reipublice munere fungitur
ad scribendum ita animū suum appellere: vt
primum ad laudes alicuius celicole plurimis
cogitationibus vtatur: tum eas copiosa ora
tione exprimat: atqz hominum generi accu-
ratius diligentiusqz indicet: Sed quāq̄ ma-
rie laudes non remensem virum preconez de-
siderāt: sed potius achademicum platonem:
aut beatum illum hieronymū: aut atheniēsē
illum demosthenē: aut ciceronē copiosissimū
oratorē: aut diuine eloquentie theophrastuz:

tamē hoc michi q̈dez persuasi: Ut quoniaz et xp̄m regem maximū: et matrē eius eximiaz amore intimo cōplector: et michi: quū Utrius qz beneficia erga me sint amplissīa: Uerendū maxīe putaui: nisi me ad mariā laudandam traducerē: ne ip̄e in scelus quoddā nefarium inciderē: Ut ab hoc meo instituto tā optimo desistere nō debeā. Atqz illud in primis michi letandū iure esse video: q̄ꝑ id vite curriculum tenendū michi censui: Ut mariā virginē illā quā vel humani generis defensatricem: vel maximi celestisqz īperii principē: vel optimi atqz magnificētissimi īpatoris matrē nūcu: pam⁹: oratione mea prius efferre: q̄ꝑ ipse vita decederē. Sed iam ad īstituta pergam⁹ Quū igitur gl'iosā marie virginis profectōez me: morare desiderarē: id qz quo facili⁹ assequerer librū quēdā legerē: scriptū ad celicolaꝝ laudē ex eo facile ꝑspexi: quid beat⁹ cosmas: cui co: onomē erat vestitori: hō et sīgulari prudētia decorat⁹: ⁊ sūma cū xp̄o charitate cōiūct⁹: de assūptōe matris xp̄i referret: quū dicēt sese a successorib⁹ eoꝝ hoīz: q̄ tū ītfuerāt: didicisse q̈admodū xp̄s āglōꝝ pnceps āplissim⁹ ⁊ claris sim⁹: quū statuisset ad celestē regiā, puehē ma trem suā parentē vite: āgelū ad eam misisset

qui oblationem mortis denunciaret: ne si pre-
ter spem obuenitet: turbatiõis quicq̈ ei affer-
ret. Itaq3 angelus oratione ad eam euismo-
di vsus est: vt vehementius ipsam cohorta-
retur: ne mundum ipsa quidem desertura: ex
corporis separatione terrore vllo afficeretur:
quoniam celeste esset palatium adeptura: vo-
careturq3 ad vitam perpetuam: ad sempiter-
num gaudium: ad pacis requiem: ad familia-
ritatem securam: ad cibum perpetuum: ad lu-
cem inaccessibilem: ad diem non aduespera-
scentem: ad gloriam ineffabilem: ad autorem
omnium rerum filium suum: quem ille qui-
dem nõ modo vitam eternam esse diceret: sed
et charitatem non comparabilem: et habitati
onem non enarrabilem: et eam que obtenebra-
ri non potest: claritatem: et que estimari non
potest: bonitatem. Angelus vero marie fere-
bat: nobilissime atq3 clarissime omniũ femi-
ne: neq3 quenq̈ ipsam de manu filii raptu-
tum: quum omnes fines terre in illius es-
sent potestate: neq3 mortem ex ipsa: q̈ vitam
genuisset: gloriaturam: neq3 fuscatam caligi
ne: quoniam peperisset lumen: tri. Deinde
post obitum esse accepturam: tum materni
pignora vteri: tum educationis mercedẽ: tu3

sibi lactisqz vicissitudinez dicebat. Postremo autem ille ferebat: ad se ipsam christum apostolos: quorum manibz sepeliretur: adductutum: q decerett: Ut ii quibus ille sanctū tradidisset spiritum: et corpus matris sepelirēt: et in admirabili funere negotiū eius gererent Angelus autem spiritus tum nobilissimus: tum etiam longe optimus: tum sempiterne beatitudinis particeps: tum singulari sapientia preditus: simul ac virginem illam prestātissimam conuenisset: atqz illi et funebria vestimenta: et ramū palme quo certior esse posset: se quidem victoriā esse aduersus mortez habituram: tradidisset: maximo celo reuersus est. Quapropter honestissima omnium patres summi principis maria: atqz omni virtutis genere decorata: cognatis et amicis suis cōuocatis: ego vobis inquit nuncio: meipsam esse ex hac vita hodie migraturam. Itaqz nobis vigilandum est: siquidem ad cuiusqz morientis lectū: et optimi et pessimi spiritus accedūt. Hec quum maria dixisset: omnes qui aderāt: flere ceperunt: atqz ita locuti fuerūt: Ut illā timere facies spirituum dicerent: que autoris omnium rerū mater fieri meruisset: que depopulatorē inferni genuisset: que super cherubī

et seraphin paratuz solum habere promerita
esset. Querebant igitur ipsi: aut quid facerēt
aut quemadmodū fugerent. Aderat multitu
do mulierum: que collachrimabātur: que etiā
ne ipsas maria orphanas relinqueret: rogabāt
Tū illas ɔsolās maria: si vos inqͭ corrupti
biliū natoꝝ matres ab eis parꝝ disiūgi nō pati
mini: cur ego ⁊ mr̄ ⁊ vgo expetē non debeo vt
ad meū illū ꝓficiscar filiū dei p̄ris vnigenitū
Si quelibet vestrum in aliquo exorbabitur fi
lio: ea delinietur alio vel superstite vel nasci
turo. Cur ergo ipsa que vnicū possideo: cui⁹
presentia priuata sum: atq3 incorrupta ma:
neo: ad eum non properem sollicita: qui om:
nium est vita? Hec quum maria dixisset: et
quū prestantissimus virginis custos aduenis
set: cui sine dubio sūma virginitatis laus cō:
ceditur: et quemadmodum res sese haberet: ꝑ
contatus fuisset: responsumq3 ab illa facile
omnium virginum principe: de celesti eius
migratione abstulisset: in solum procidit: la:
chrimansq3: et clamans: quid sumus inquit
nos domine: vt tantas afflictiones nobis af:
feras? Cur potius hanc animam ex corpore
non seduxisti: vt magis a matre domini mei
reuiserer: ꝙ eius ipsius funeri interessem?

Postea vero q̄ illum lachrimis sparsum: in thalamū maria induxisset: palmāqz illi ac vestimenta ostendisset: in lectum ad sepulturam sibi datum: se cōtulit. Ecce longe acertimus tonitrui sonus auditur: et quasi candida nubes turbo gignitur: et apostoli doctissimi viri āte ianuam virginis instar imbriū callocantur. Quum autem plurimū eo admirarentur: iohannes ad illos progressus ea: q̄ sanctissime virgini per angelū denunciata essent: illis retexit: qui quum etiam omnes collachrimarentur: consolatus est. Post autem lachrimis abstersis: in edes ingressi: clarissimamqz omnium virginem vehementius salutantes: adorauerunt. Tum illa: auete filii inquit vnici nati mei. Apostoli autē postea sic locuti fuere: vt et illam ipsam longe sā ctissimā virginem vocarent: et quasi dominum ac magistrū suum aspicerent: se quidem esse. consolationem consecutos: et quoniam oratricem apud deum habere crederent: soluz hoc refrigeriū sibi relictū esse dicerēt. Tum paulus: postq̄ maria nominatū eū salutasset: aue īquit īperatrix mei solaminis. Nā et si corp⁹ xp̄i nō viderī: tamē quū te ipsē videam:. tanq̄ illū cernerē: cōsolatione nō vacez.

Ego vero te deum genuisse: vsqꝫ ad hūc diē
gentibus predicaui: sed te translatā esse ad ip
sum illum tuum filium: docebo in posteruz.
Aderant autem illo tempore: centū et viginti
virgines in marie obsequio occupate. Postq̄
autē maria femina oīm prestantissima: incre
dibili corporis pulchritudine predita: et prudē
tia ingenioqꝫ acutissima: et virginitatis splē
dore illustrissīa: et sapientia atqꝫ eloquentia
eruditissima: atqꝫ (vt ego soleo dicere) sapi-
entium humilima: humilium sapientissima:
de lucernis vsqꝫ ad obitum suum non extin-
guendis cohortatione vsa esset: queqꝫ āgelus
spiritus summa scientia: atqꝫ ingenio q̄ ma-
ximo decoratus: celestisqꝫ imperatoris cupi
dissim⁹ attulisset: ea paulo sapientissimo at-
qꝫ eloquentissimo viro ostendisset: se quidem
obtexit funeribus vestimentis: et quum
omnes valere iussisset. ad exitū in lecto suuz
collocauit corpusculum. Petrus quidē ad ca-
put positus erat: iohannes vero ad pedes lo-
catus: ceteri autē apostoli lectū circundabant
et omnes sanctissimā dei matrē collaudabāt
Quorū petrus quidē laudes clarissime vir-
ginis primus incohauit: ac tanta illius com-
mendatione vsus fuit: vt eam ipsā posteaq̄

affici gaudio admonuisset: tum celestiũ tha-
lamorum sponsam: tum etiam trifidũ ardui
luminis candelabrũ: per quod eterna esset cla
ritas nudata: nominaret. O miri apostoli q̃s
vobis tum sensus erat? Quanta lachrymaꝝ
copia spargebatis oculos genasq; vestras?
Quum dominã vestrã aspiceretis feminam
omniũ humilimã: ĩ lectulo mortis collocatã?
Quumq; etiã videretis: quã amore summo
complectimini: et honore afficitis incredibili:
paululo tempore lapso: et ex vita migratu-
ram: et ex aspectu vestro celerius ituram.
Quid potuit accidere vobis acerbius: q̃ vt
marie domini vestri parentis dilectissimam:
atq; iucundissimã perderetis in hac vita omĩ-
no presentiã? O miserum parentis ade flagi-
tium: si nũq̃ fuisses: neq; dolorẽ: neq; tã ma-
ximos cruciat⁹ hominibꝫ attulisses. Postea
vero tam vehemens tonitruũ factum est: vt
motu ipso tota marie domus concuteretur: ꝛ
spiritus fragrãs tanta illã repleuit suauita
te: vt omnes qui aderant: preter apostolos: ꝛ
tris uirgines que lucernas ibi gestarent: ingẽ-
tem inire somnũ impulerit. Christus autem
sapientissimus rerũ omniũ creator: et generis
humani optimus redemptor: cũ multitudine

angeloꝝ ab ethereo cacumine lapsus: innocē
tissimā sumpsit parentis sue aīam: que ma-
gna adeo claritate resplēduit: Ut ab ipsis apo
stolis nō potuerit videri. Christꝰ aūt iussit
petrū: ceteros qꝫ apostolos hoīes longe pru-
dentissimos: Ut et illud ipsū castissimū: atqꝫ
innocentissimū matris eius corpusculum ho
norificentissime sepelirent: tres qꝫ dies sūmo
studio: cura: labore: diligentia custodirēt. Est
aūt pollicitus: Ut intra tris dies ad eos reuer
teretur: et corpus matris ad perpetuā gliam
transferret: atqꝫ etiā decoraret claritate simi
li suo splendori. Atqꝫ vbi euolasset ex corpe
aīa marie: corpus quidē (id quod mirabile di
ctū est) hec verba: que partim ad aīaꝫ: partim
ad seipsum referuntur: protulisse dicit̄. Gra-
tias inquit ago tibi dn̄e. ꝙ tua digna sū glia.
Memento mei: qm̄ et tuū figmentū sū: ꝛ tuū
custodiui depositū. Sed postꝗ ii qui sopore ca
pti erant: expgefacti fuerūt: corpusqꝫ sanctis-
sime atqꝫ grauissime virginis exanimum cō
spexerunt: tametsi maximo hoīm gaudio di-
gnus erat tante obitus femine: qua propter i
gētem meritoꝝ multitudinē ppetuū esset bo-
num assecuta: tn̄ propter amorē egregium et
singularem erga virginem illam ceperunt:

Verba Virginis

et plurimũ tristari: ⁊ maximos gemitus dare et plurima collachrimatiõe oculos genas qꝫ suas tingere. Quũ igitur apostoli venerabile corpus dñe ad monumentũ exportarẽt: petrus vero eximie hilaritatis canticũ inchoasset: chori aũt angelorũ pstantissimã oĩm feminã collaudarent: tunc fuit hierosolima tantam ob gloriã grauiter cõmota. Itaqꝫ sũmi sacerdotes in apostolos multitudinẽ: tum fustibꝫ munitã tum gladiis accinctã immiserũt. Sꝫ quũ ex missis hoĩbus vnus: indigno furore preculsus: impetũ faceret: corpus qꝫ sacratissimũ atqꝫ innocentissimũ ex lectulo deiicere conaretur: manibus vtrisqꝫ a cubitis ita priuatus est: vt ille dũ e lecto penderent: sũmo atqꝫ horribili dolore afficeretur. Igitur veniã iplorauit: et pollicitus est: vt de facinore satis ipse faceret. Cui petrus qdẽ dixit: nondũ ipm veniã cõsequi posse: nisi ⁊ corpus ppetue virginis oscularetur: ⁊ xp̄m ex ea genitũ: dei filiũ esse cõfiteretur. Hec quũ ille fecisset: manus eius cubitis: vnde auulse fuerãt: addite sunt. Postea vero petrus illi vnum palme dactylum tradidit: eumqꝫ hortatus est vt in ciuitatem reuerteretur: ⁊ super ĩfirmos poneret fructũ vt qui crederent: sanitatem ipsam reciperent

Ac posteaq̄ apostoli viri optimi venissent i
predium gethsemanicū: in monumentū quod
similitudinem haberet cū mirifico illo christi
sepulcro: corpus clarissime virginis marie ap
prehensa sindone: quoniā illud dei vas dignis
simuz attingere non audebant: deposuerunt.
Sed duz illi corpus nobilissime dn̄e sue chri
sto principi angelorū mirifico morem gerēte
custodirent: tercio die post humationē admo
dum splendida nubes monumentū virginis
circūsepsit: angeli vocibus suauissimis vte
bantur: maximus et ineffabilis odor pceptus
est: summo etiā stupore affecti sunt omēs: dū
iesum christū rectorem oīm illic conspicerent:
corpusq̄z prestantissime matris sue extollētē
ad perpetuā beatorum ciuitatē. Quamobrem
quum apostoli sepulchrum osculati fuissent:
beatissimi iohannis euangeliste domū: illum
ipsum tante virginis custodē collaudantes:
reuersi sunt. O felicem iucundūq̄z diē. Quid
maria potuerit sibi comparare dulcius: q̄ vt
consequeretur: et facultatē deserendi hanc ip
sam lachrimarum vallē: et cū filio suo tam
mirifice petēdi incredibilis patriā suauitatis.
Quisnā gaudiū existimare poterit: quo chri
stus ille quidez pater optimus afficeretur: dū

in celū honorificentissime parentē suam assu
meret: virginē primariā et singularē: Quis
tanta rei cogitacione magnopere non gaude:
ret: Nichil enī marie virginis assūptione cer:
nitur: quod quidē aut dolorē: aut gemitū: aut
luctū incitet. Sed quicquid in illa ipsa offen:
ditur: affert profecto homini cogitāti: et leti:
ciam maximā: et nō mediocrē voluptatem.
Quapropter quum et assidue cogitē: et tā cla
rissimā domine mee profectionē litteris tra:
dam: in re tanta: tam īcredibili: tamqꝫ diuina:
neqꝫ gaudio: neqꝫ leticia: neqꝫ exultatiōe va:
care debeā. Nec me quispiā hec de assūptione
finxisse arbitrari debet: ꝙ existimē rebꝫ iis:
que ad celicolas pertinent: adhibendā semper
esse veritatem. Ipse autē in hunc librū rettu
li: non ea que narret quispiā a veritatis splē
dore alienus: sed que sanctissimus cosmas cō
memoret: sese de iucūdissima perpetue virgi:
nis profectione didicisse: que simul ac ipē offē
dissem: ego vestē atqꝫ ornamentū tradideri.
Quamobrē nil michi videor scripsisse: quod
aut periculuꝫ sit humano generi allaturum:
aut lectitari: aut peruulgari non possit. Sed
nos ad reliqua pergamus. Quū igitur scrip:
tum quoddā legerē: quod ab optimo atqꝫ lit:

teratissimo viro iohanne damasceno cōditū erat: quo ille q̄dē de gl'iosa marie assūptiōe ita locut⁹ ē: Ut sctīssimā illā oīm v̄ginē attolle te sūmis laudibꝫ videret: ex illo ipo maxime itellexi: mariā inocētissimā feminā: atqꝫ cla rissimā iesu xp̄i parentē sic vita decessisse: vt queq̄ aīa ei⁹ fuerit ex corpe segregata: illam tn̄ dissolutiōez nō mortē appellari: sꝫ vel trāsmigrationē vel recessū: vel aduētū aptius di ci: qm̄ celo post discessū illū tā beatū aduenit: oporteat. Uirū aūt illū: cui ꝑfecto sine dubio sūma sapiētia cōcedit ex scripto eius magnū habuisse amorē erga mariā celitū reginā: facile ꝑspexi: q̄ queq̄ ille gen⁹ hoīm huic calamitati subiectū esse arbitraretur: Ut corpora illorum (id quod dictu horribile video) in communem cinerem morte soluerentur: tamen illud ipsum innocentissimum marie corpusculum ex ea conditione exemptum fuisse profiteretur Neqꝫ vero solum ipsam marie animā cui maximam tribui semper innocentiam: ad insignem christi principis reginā: verum etiā castissimum eius ipsius corpusculum vltra sempiternos celigenarum choros prouectum esse diceret. Tum etiā illud damascenus addidit queadmodū apostoli hoīes pauperrimi

atqꝫ integerrimi qui et oībus terris dispersi:⁊
mortē xp̄o gerentes:in eo studio versarentur
quo mentes hoīm ad rectā salutarē qꝫ viam:
ab errore deducerēt:hierosolimam sese ad ma:
riam feminam multo elegantissimā contule
tunt. Sed qm̄ illi ad breue tp̄is circulū cogno
uissent:illam e vita migraturā : crebris eos
singultibus fuisse: et querelis vsos dicebat:
atqꝫ illam ad filium suum ita locutum esse:
vt eū ipsum dilectis filius:apostolos enim in
telligebat:qui propter suum ipsius decessuꝫ
affligerentur quodā dolore nouo: consolato:
rē fieri p̄caret̄.Postea vero narrabat : illā et
sp̄z nato suo:⁊ suū ipsiꝰ corpusculū ꝯmēdasse
atqꝫ p̄catā illū fuisse:vt aīaꝫ eiꝰ quā īmacu
latā seruauisset exciperet: corpꝰqꝫ ī quo habita
rat:integrū custodiret:atqꝫ ipsā ad se⁊ id qđ q̇
dē affert nō mediocrē hoī voluptatē ꝓuehēt
vt vbi filiꝰeiꝰ moraret̄:q̇ viscez eiꝰ ꝑtus eēt
ipsa illic habitaret.Christū aūt oīm rerū prin
cipē cōuenisse parentē suā:vt eā ad seipsū ve
nire iuberet atqꝫ etiā laudaret ꝓpt̄ incredibi
lē erga genitricē charitatē:q̄ nō modo illā it̄
femīas formosā verū etiā amicā suā ī qua q̇
dē macula nō eēt vlla:diceret.Hec maria quū
audisset idē eā lōge scissiaꝫ aīaꝫ egisse dicebat

Itaqz apostoli consummatissimi viri: et pro fudere lachrimas: et sacratissimũ corpus vir ginis mũda syndone inuolutũ: lecto tulerunt Post autẽ illud sacris ceruitibus suis ĩposu ere: et diuinas modulãtes odas: sanctis aliis cõcinentibus. Angelis autẽ partĩ anteceden tibus corpus: et partim subsequentibz: ad mo numentũ venerũt. Nam neqz illud profecto mirandũ est: si damascenus homo tum maxi mo preditus ingenio: tum optimis eruditus disciplinis: prestantissimã oĩm mariã tanto pere extulerit. Que enim dulcior: ꝙ̃ de maria cogitatio homini potest inueniri? Quid mẽti bus hominũ matris christi laudibus delecta bilius percipi possit? Quis autez ludus ani mis: celestis domine laudatõe iucũdior? Quis tam mestus esse potest: quin si suauissimas perpetue virginis laudes meditetur: leticiaz maximaz consequatur? Tu profecto tante virtutis es o domina: vt qui animũ et cogi tationẽ in te conuertũt: non mediocrẽ percipi ant voluptatem: summo te amore cõplectan tur: maxime optent tibi famulari: faciez tuã aspicere ardeant: mũdum velocẽ deniqz floc cipendant. Quid desiderari homini vtilius te potest? Quod presidium tã optimũ videatur

esse optabilius? Quod autē perfugiū felici⁹
aditi potest? Quod autez propugnaculū tu-
tius? Quod refugium: ad quod potius q̄p ad
te fugere debeam?: esse videatur? Quis ūq̄p
patrocinium rogauit tuum: cui nolueris ipa
opitulari? Quis perire potuit: quem iuuare
voluisti? Quis se humilius ad te contulit:
quin salutem fuerit optatissimā consecut⁹?
Nos autez in hanc quidē adducti sumus sen-
tentiam: Ut quum videamus in te maximū
pietatis cumulū: eos non modo vitam agere
beatam: quos tuos quidē famulos esse putes
sed ne mala quidem morte perituros arbitre-
mur. Vehementer ego mirarer: si aut turpitu
dine flagitiorum macularentur: aut post in-
teritum inferno calamitosorū carceri olidissi-
mo abigerentur: quos singulari amore com-
plecteris: et ab impetu aduersariorū fraudibꝫ
qꝫ defensis. Quum igitur mariam verecun-
dissimā virginez: atqꝫ nobilissimam christi re-
gis parentez mecum cogitarem: videbā pro-
fecto in ea ipsa vim esse tantā: Ut dum eam
contemplemur: efficiat in mentibus nostris
aculeos: quibus quidem et ad illam amandā
atqꝫ colendam: et ad amorem erga ipsaz ma-
gnopere duplicandum incitemur. Tantā eni

est:⁊ corpis ꝓstantiā ⁊ aī assecuta: Ut multo
magis ceteris oībꝫ feminis utriusqꝫ rei pul-
chritudine ancellat: q̄ aut sol minime lucer-
ne: aut puerulo doctor optimus: etiam si fue-
rit oīm rerū atqꝫ artiū sciam cōsecutꝰ. Quis-
nam dubitare possit: quin maria sit: tū ab oī
vitio remotissima: tū etiā oībꝫ virtutibꝫ cu-
mulata? Equidem ī hac ipsa permaneo sentē-
tia: Ut qui aut vitiū aliquod marie tribuerit:
aut virtutem aliq̄ detraxerit: eum mētis cō-
potē esse non putem. Atqꝫ ut iam suauissimas
illius laudes exequar: si quispiam michi que-
reret: quidnam ī maria michi videret̄: qd me q̄-
dem plurimū delectaret: illud ipm dicerē: id qd
maxima dignū laudatione videt̄: q̄ ī ea sit in-
credibilis misericordia ⁊ singularis. Quis enī
unq̄ sic egerit vitam: ut nichil fecerit boni: at-
qꝫ omne malū cōmiserit: si quidē sese ad ma-
riam supplicꝰ cōtulerit: quin fuerit omniū re-
missionē peccaminū assecutꝰ? Quare neminē
veturū esse ad inferos putē: qui ad extremū
saltem vite aīo depresso: ad illā tāq̄ ad pfugiū
optimū sese cōferat. Tametsi habitat illa cū
xpo in celesti regia: tamē ⁊ hominū calamita-
tes: ⁊ gemitꝰ: ⁊ fletus videt: audit ⁊ clamores
et orones humiles. Hominibꝫ autē a deo fe-

lixꝰ ē: Ut si merorē inuenerit: expellat: sin eos
uiderit uel ī soli uel ī maris piculis positos:
liberet: sin multitudinē peccatoꝝ offēderit:
tpibꝫ effusis deleat: qd̄ ego ad īcredibilē miāꝫ
ptinere arbitrer. Quamobrē siquis in miseriā
deuenerit: siue diuitiarū copiā adeptus sit: si-
ue intolerabili pauptatis magnitudine tor-
queatur: ne ipse q̄dem mortē sibi inferat: sed ad
nobilissimā oīm principē: atqꝫ ītegerrimā sal
uatoris nr̄i parētē reuertatur: quī si fecerit:
hoc ꝓfecto efficiet: Ut quā maximopere libe
rationē desideret: ꝯseq̄t̄. Ac si nos ī mariā scis
simā oīm feminā ita intuamur: Ut eoꝝ q̄ de
ipsa illa uera sunt: ueritatē agnoscere deside
remus: nichil equidē ipi reperiemꝰ: aut ab ea
īiuste factū fuisse: aut īprudēter excogitatū:
aut illiberaliter retētū: aut cōtra fortitudinē
factū: aut ītēperate esse dictū: sed eaꝫ sane ui-
debimꝰ: et sūma prudētia: ⁊ sūma iusticia: et
sūma fortitudine: ⁊ sūma deniqꝫ tēperētia in
uita floruisse. Quare quum sub celo uitā du
ceret: haud ita se ꝓbuit uti uel diuinā maiesta
tē minime cognosceret. Uel cuiq̄ hoīm officē-
ret: uel nemini largiretˀ: cui ipa deberet: uel ī-
becillitate cū deprimetˀ: uel aliq̄bꝫ illecebris le
niretˀ sꝫ oīpotētē oīꝫ pricipē sūmope colēt atꝫ

timeret: proximum suum amaret: atq3 auxi-
lio leuaret i maximis operis & plurimis ver-
saret: conseruaret admirabile & corpis & ai pu
ritate. Quapropter qum tante ad mariā vir-
tutes accesserit: nō modo eā maximaz: sed et
admirabilem: et diuinā quandam feminā ar-
bitramur. Atqui ea ē marie pstantia: vt quā
tū iudicare possū: in oibus matribus obtine-
at principatū: in quo et virtus eius q plu-
mū cernit: & quantū saluti hoīz opitulata est:
facillime videri potest. Quas enim virtutes
quam q3 feminā tantopere excellentē poterit
noīare: quibus illa ipsa magnopere illam nō
superet. Quod enī peccatū aut tā nouū: aut
tam mediocre vnq fuit: aut tam minimum:
quod mariam potuerit sordidare. Tu ne po-
tes reperire puerperium: quod ventrem parē
tis sue reddiderit tam gloriosum: q xps il-
lum ipsum marie ventriculū. Num qspiam
ex numero francoꝝ: aut romanoꝝ: aut alioꝝ
principū. Num qsq inuenie: vel i solo: vel i
mari: vel in celo. Ceteros enī qui ex matrib3
nati sunt: hoīes tantū: xpm aūt nō solum ve
rum hoīem: sed deū etiā eternū: potentissimū:
optimū: sapiētissimū eē ofitemur. Atq3 vt lau
des marie: quā ego sentio laudib3 ornare glio

sum esse:presequar:non aliquã credimus fe/
minã:aut esse:aut fuisse:aut futurã esse: que
tantũ erga filiũ suũ amorẽ vel habeat: vel
habuerit: vel habitura sit:quãto illa xp̄m af
ficiat:principẽ magnificẽtissimũ atqz amplis
simũ:quẽ peperit:quẽ sacratissimo lacte suo
nutriuit:quẽ in egiptũ uitãs inimicũ turbu-
lentissimũ:asportauit:quẽ e ligno pendentez:
q̃plurimos etiã cruciatus pacientẽ: suspexit
Cui enim xp̄s maxiopere nõ antecellit:q̃ppe
quum et semp ab oĩbz pctĩs abhorruerit: & ge
nere vite prestiterit in mundo ceteris oĩbz: et
diuinitatẽ quandã habeat nõ modo admirabi
lem:sed etiã eternã:atqz ineffabilẽ. Quãobrẽ
si cetere matres pp̄ multa tantopere extollũ
tur:quãto maria magis efferenda est:quã nõ
solũ hoĩes maxĩe laudant: verũetiã ĩmorta-
les ĩperii celestis ordines maximis atqz innu
merabilibz exornant laudibus:quũ ꝓpter ce-
lestes egregias qz virtutes:tũ etiã propter di
gnitatẽ diuinã:atqz oĩ admiratione magno-
pere dignã. Nam ꝙ paulo ante diximus:ma-
riã saluti hoĩz opẽ tulisse:quis hoc christian⁹
nobis non concederet: Quis enim mariã cla
rissimã celi principẽ nesciat:xp̄m et optimuz
et humani generis redemptorem clarissimum

pepriſſe atqꝫ edidiſſe: Quis ergo nō videat: plurimū ſalutis hoībus mariam attuliſſe: Quare quū veritatē ipſi cognoſcim⁹: in hac quidē ſētentia tam vera: tāqꝫ ſctā ꝑmanēdū nobis ſentio: Vti mariā preſtantiſſimā ieſu xp̄i parentē: atqꝫ nobiliſſimā celeſtis regni reginam: ſic a filio ſuo locupletatam fuiſſe: Vt ceteris matribꝫ omībꝫ antefęratur: ſēper ipſi credamus. Hoc dū legibus iuriqꝫ operā cū ceteris dabam: et dū ab eiuſmodi ſtudio mi chi datū: habebam aliquod etiam tēpuſculū: quod poteram vel in carminibꝫ: vel in pilis: vel in ordibus: vel in aliis ſtudiis cōſumere: hoc qm̄ ſi aut virū: aut feminā ſciſſimā mu ſis amenioribꝫ laudarē: nō me q̄dē aut cōtra bonos mores: aut cōtra iuſtiniano ꝯſtudia fa cere q̄cq̄ arbitrabar: his verſibꝫ amoris cauſa exp̄ſſeri. Laudib⁹ exuperas oīs puriſſima ma tres. Virgo triūphātis mr̄ honeſta ducis. Qđ gen⁹ audaci morſu dep̄ſſerat eua Ipſa tui fru ctu vētris ī aſtra leuas. Virgo īmēſū merā ri digna ꝑ orbē Saluatrix hoīꝫ: ꝑfugiūqꝫ piū Vbi ſūt: qui ſe feminam inueniſſe: maria pre ſtantiorē opinantur: Siue ſint pariſienſes: qui ſacras litteras didicerint: ſiue itali: qui plurimos ſapiētie libros legerīt: ſiue alii: qui

perquãmultas lrãs intellexerit: tamen si il-
lud dicere audeãt: quod ne ipsi quidẽ credim⁹
vnq̃ʒ futurũ: haud quaq̃ʒ iudicare nõ possum⁹
illos non reprehendendos solũ: sed etiã pena esse
dignos. Ego vero nõ solũ nego: vllã esse fe-
minã maria excellentiorẽ: verũ etiam assero:
longe oim̃ mariã esse prestantissimã. Decet
enĩ: vt ea que dei mater est: ceteris multo ãte-
cellat mulierculis: que hoies christo subditos
ediderint: Quare ita nobis esse faciendũ ma-
gnope re censeo: vt si erga deũ tantus sit no-
ster amor: quãtũ homines christianos habere
oporteat: mariã cum nobilissimã virginẽ: tũ
ãplissimã celi reginẽ maxio amore afficiam⁹
atqʒ ita illi placeam⁹: vt neqʒ vulnera: neqʒ
corpus: neqʒ sanguinẽ neqʒ christi filii sui mor-
tem: neqʒ aliud deniqʒ ĩutili atqʒ inofficiaso
iureiurãdo noĩem⁹ Ita ꝑ mea sũ ma erga ma
riã dñam meã beniuolẽtia maxĩe vellem: vt
reipublicis euẽtiꝰ pnitiosis nũq̃ʒ vterent: sʒ
poti⁹ ad ipãʒ animi remissionẽ: ludũqʒ ita ap-
plicarent: vt in pratulis: vbi multiplices flo
sculi essent: vbi varie: darẽt vmbram arbu-
scule: vbi vluptuo se resonarẽt auicule: vbi
essẽt i saxulis fõticuli: ex q̃bʒ riuuli igrami-
na effluerẽt: ad marie laudẽ cãtilenas dicerẽt

aut cytharis: aut organis: aut barbitis: aut fistulis luderet. Nam ego nō me solū: sed eos quoqz quibus cū magna cōiūctus sū charitate: marie desidero placere nobilitatis atqz virtutis magnitudīe p̄dicte. Atqz vt iā ad reliquas laudes veniā: quas nō modo ab hoībz verūetiā ab angelis adeo dignas exprimi sētio: tanta ꝑfecto est oblectatio in ip̄a illa ꝟgine: vt michi quidē nichil hoīm aut auribz aut mētibus iucūdius: si modo adeo discesseri: percipi posse videatur. Nam quum christū offēdimus: regē florētissimū atqz potētissimum nos e quidē perspicuū est: per mariā tanto pricipi recōciliari. Vt theophilus quū sese vēdidisset dyabolo: atqz tradidisset: cū xp̄o rediit in grām auxilio marie potentis regine. Nōne maria xp̄m peperit: qui suo sanguine redemit genus hominū calamitosū? Quid maria illustrius? que quū egerit vitā oīm sanctissimā: optimo mūdū exēplo magnopere illuminat? Quid maria dulcius? ex qua christus natus est: cui⁹ merito hoīes ad illud diuinū lumē accedunt? Quid maria hoībus felicius? Ipsa enī hoīes orōibus adiuuat: ⁊ illis cōtra demones: viciorūqz multitudinē opitulatur: de q̄ preclare scriptū est a salomone. Que est ista:

que ꝓgreditur: quasi auro ra cõsurgens: pul-
chra vt luna: electa vt sol: terribilis vt ca/
strorũ acies ordinata. Est virgo īquã longe
oīm prestantissima: que iesũ xp̄m principem
oīm peperit maria: cui ꝑfecto qui placuerit:
beatũ illũ atqꝫ iterũ beatũ fore sentio. Tãta
ei est illi⁹ pietatis magnitudo: vt quos amo
re cõplectitur: nõ eos destituat: neqꝫ vero pa-
tiatur: vt quã habitet: patria illos priuari vi
deat. Ac si nos quidẽ cogitationes nostras ad
mariã dirigamus: nõ modo. nullũ pctī gen⁹
in ea reperiemus: sed etiã virtutes eius pluri
mas atqꝫ copiosas vehemẽter admirabimur
ex quibus nõ solũ maximã capiemus volup
tatẽ: sed ad optimas quoqꝫ vite actiões egre
gie īcitabimur. Nũ q̃spiã michi q̇dẽ: aut sup̄biã
aut negligentiam: aut ingluuiem: aut libidi
nem: aut impatientiã: aut īuidiam: aut aua-
ritiam: aut aliud mali gen⁹ promet ī maria se
se offẽdisse: atqꝫ ille nõ mẽtietur. Quis ma-
trem christi vituperare audebit. Quis dn̄am
celi maculatã esse nõ negabit. Quis ad hoc
tanta mouebitur temeritate: vt mariã nõ sẽ-
per abhorruisse a pctīs arbitrabitur. Nempe
si quisꝙ esset qui tã nefaria duceret audatia
nõ tantũ mendacẽ: eũ dicerẽ: sed multo etiam

flagitiosissimū hoiem: ac perditissimū: atqȝ
etiā sūma reprehētione sūmopere dignū: atqȝ
hūano etiā genere explodendū atqȝ eiiciendū
Quū igitur vitā marie cogitarez: que michi
videtur: feminarū oīm virtute: existimatōe:
nobilitate facile pīceps: equidē illā a feīnis
nostre etatis: lōge diuersā fuisse videbā. Naȝ
dū in mūdo vitā ageret: nō pānis et pellibus
preciosis: quēadmodū iste mulierculeetatis
nostre vtebāt: sed ne sibi quidē ita esse facien
dū existimabat. Sed dū in hac vita etiā esset:
tāta erat ipius huīlitas: vt quāq̄ auditis ga
brielis verbis: se matrē xp̄i fore putaret: ta-
men neqȝ se prestantissimā esse virginē: id qđ
est memoratu maxīe dignū: respondit: sed in-
quit: ecce ācilla dn̄i: fiat michi secūdū verbuȝ
tuū. Quid maria dulcius? Quid maria vir-
gine amabilius? Ex hoc etiā videri potest: q̄
quāuis ex nobilissima esset: atqȝ etiā multo
excellētissima familia: tamē nec vestimētis
nobiliū: neqȝ ornamētis ceteris vteret̄: quod
quidē facere potuisset: verū id quod ad sūmā
p̄tinet humilitatez: tunica leui corpus suum
operiret. Eteni splēdorē illū incredibilē: qui
ante oculos hoīm versaretur: eundē animo
retinebat: neqȝ solū parentibȝ suis q̄ optimis

sed deo etiā morez omnino gerebat: saluatori
potētissimo atqz sapientissimo Quid multa?
Nichil sane pretermisit: quod spectaret ad ma
ximā animi claritatē. Quis enim illam iure
vehemēter laudādā nō diceret? Quis nō etiā
arbitraretur: vehementissimo sūmi regis atz
humani generis amore dignā? Quapropter
sūmā humilitatē marie proponendam nobis
censemus: quam si diligentissime imitemur:
equidem nō solū velocis mūdi laqueis: quos
quidē innumerabiles videmus: nequicꝙ̄ irre-
tiemur: sed plurimas quoqz virtutes: atqz in
finitū celi splendorē consequemur. Sed nos
ad ceteras marie virtutes pergamus. Equi-
dem illā virginū facile principē: constat fu-
isse diligentissimam: que quū humana fruere
tur vita: longas patiebatur vigilias: vt deo
placeret: maneqz surgebat bonarū causa acti
onum: quod erat maxime diligentie: quod eti
am est flagrantiore dignissimum imitatione
Etenim deum orabat patrem optimū: sed nō
paulisper: atqz vt tempus suū ī bonis rebus
consumeret: tum in meditationibus optimis
tum etiaz in orationibꝫ ardentissimis noctes
et dies versabatur. Quanꝙ̄ autem non vllis
rectarum actionū intermissionibus vteretur

tamen in tantis et corporis et animi exercita
tiōibꝫ nullo nunꝙ afficiebat̄ fastidio. Nichil
sane a deo ꝓhibitū: quod acerrima diligentia
non cauerit: nichil etiā edictū: quod singulari
industria non expleuerit. Quāobrem si me quis
piā consulat: Vti poterit: et bene beate qꝫ vi
uere: et sempiternā adipisci gl'iam: hoc referat
a me consilium: Vt preclarissimā stellā mari
am ante oculos hoīm positā magnopere con
sectetur: qm̄ vt ait gl'iosus ille preco bernar
dus: maria est preclara atqꝫ eximia stella: su
per hoc mare spaciosū necessario subleuata:
micans meritis: illustrās exemplis: cuius a
fulgore ne oculos quidem eius oportet dimo
ueri: qui fluctuet magis in tempestatibus se
culi: ꝙ p terram inambulet: si nō velit obrui
procellis. Nunc ad sobrietatē marie transea
mus. Nam dū moderationem illius insignis
virginis cogito: vehemētius admirari: nedū
delectari soleo. Que enī mulier aut virgo vn
ꝙ potuit: ad incredibilem marie temperantiā
puenire? Quid cibo fuit: et marie poculo mo
deratius? Que femina potuit īueniri: cui nō
ieiuniis maria prestiterit? Quid aūt admira
bilius: ꝙ singularis continentia tante virgi
nis? Quid aūt honorificentius: ꝙ mirifica so

brietas illi⁹: Quid est ꝙ magis marie discre-
pet: ꝙ̄ nostre etatis femine: Illa enī a volu-
ptatibus sese continuit: hec autem et cibo vo
luptuoso: et precioso vino plurimū delectan
tut. Cui tēperantiā marie non preferā: Cui
nunc admiranda iute nō videatur: Quis nō
asseret illam magnifica predicatiōe dignam:
Utinā mirificū domine mee splendorē: nō so-
lum assiduis cogitationibus michi proponā
sed crebris etiā exercitationibꝫ: quātū potero
consecter. Utinā impedimenti hoc michi tan-
ta virtus afferat: Ut ad diuersoria ubi sunt
et tapilli: et blasphemia: et ingluuies: ne me
quidē cū hoībus conferam. Si hoīes nos con
sulerent: hortaremur: Ut non modo volupta
tes relinquerent: Verū etiā quantū possent:
diuinā marie sobrietatē cōpararent. Non enī
est michi dubiū: quī deo maximo placerent: ꝗ
pernitiē cauerent suā. Nunc ad virginitatez
illius sermonē meum transfero. Et si maria
christū regē oīm peperit: tn̄ nunꝙ̄ michi fuit
dubiū: quin virginitatem seruarit: quandiu
ipsa vixerit: quod summa michi admiratione
dignū videtur. Quid enī admirabilius: ꝙ̄ fe-
minā filiū peperisse: atqꝫ incredibilē virgini-
tatē non reddidisse: Neqꝫ vero ecclia in hac ꝑ

maneret sētētia. Ut mariā crederet virginita
tē ante partū: ī partu: post etiā partū sēp̄ ha-
buisse: nisi res ita sese haberet. Illa enī labi ī
errorē nō potest. Quattuor aūt reperio gene-
ra ꝟginū: ex q̇b⁹ tria si caste volu m⁹ viuere:
nobis oīno cauēda esse puto. Unū gen⁹ ē eaꝝ
que quanq̄ artus suos actingi non sinunt:
tamen vtuntur et sordidis cogitationibus:
atq; crebris: et istis ipsis illusionibus ma-
gnopere delectantur: atq; irretiuntur. Al-
terum autem est earum que quum homi-
nes ī sermonib; quotidianis turpiter loquun
tur: aut ī cōuiuiis: aut post cenam ī pratulis:
nō illos modo libentissime audiūt: verū etiā
risu maximo ꝑmouētur: queq; etiā si corpori
bus suis abuti nō velint: q̄ verba hoīm ꝑtr-
meāt: tamē quū viros viderint: sūma pulchri
tudine ꝓditos: diu illos cōtēplātur: atq; ī diu
turna etiā delectatiōe cōmorāt. Tertiū ge-
nus ē eaꝝ: quas hominū īpedit pudor: vt eo
venire nō audeāt: quo naturali quodeq; īpetu
trahuntur. Verū tamen illas nō reꝑhentiōe
solū: sed etiā pena dignas puto: q̄ plenis sto-
machis colloquātur cū viris ī hortulis: ⁊ po
tius meretrices videātur: q̄ ꝟgines. Varios
enī viris offerūt flosculos: neq; se osculari:

neqȝ manibȝ leuissimis tractari: moleste fe-
runt. In istis generibȝ maria nō adiicitˀ. Qui
aliter senserit: grauissimū ī errorē inciderit.
Voluit enī xp̄s habere matrē: ⁊ ab omnibus
vitiis alienā: et oībus virtutibȝ locupletem
Postremū autē est v̄ginū: que ītegritatē et
corporis ⁊ animi sūma diligentia: sūma qȝ in
dustria tuentˀ. Neqȝ vero tātū hoc magnifi-
co splendore: verū etiā īsigni humilitate flo-
rent. Que se plurimis ieiuniis macerāt: q̄ eū
vite cursū tenent: vt ī orōibus assiduis: atqȝ
crebris cōtemplationibus noctes qȝ dies qȝ
versentur: neqȝ rem turpem audiant: aut lo
quentur: qȝ capiant illam ex aspectibus ho-
minū voluptatem: neqȝ a viris tāgi: aut os-
culari patiātur: neqȝ animū deniqȝ ad cogitā
dos hoīes vertant. Ista vero mūdū oīo asp-
nantur: deo autem maxime parent: quem sū-
me timent: et amant. Veruntamen eiusmodi
sunt virgines: vt iis ipsis maria longe an-
te ferri debeat. Non enim vllius femine casti
tas est: cum incredibili eius virginitate cōpa
rāda. Ea ꝑfecto maior ē: q̄ꝫ sat᷑ a me dilucida
ri potest. O v̄ginitatē sūmis orōnibȝ decoran
dā. O splēdorē carminibȝ maximis efferēdū
O v̄tutē oī predicatione magnopere dignā:

Me ne o dña in tanta pigritia vitã agere: vt tuũ splendorẽ orõnibus: aut numeris non inserã? O me beatũ: si tuã ipsius gl'iam aperire nõ desinã. O me miserũ: si declarationem negligam laudũ tuaꝝ. Nec me latinos vidisse penitebit: quũ tuam o dña claritatẽ oculis hoĩm subiiciam. Sed me quidem per ꝙ felicem arbitrabor: si tũ ego quũ optatissimaꝫ eloquẽtiẽ ꝑpter te sũmis laboribꝫ sũmis qꝫ studiis adept⁹ ero: virginitatẽ tuã mirificã: ceteras qꝫ virtutes quamplurimas singulis nationibus aperiam. Ac ne me quidem penitet: si quidem ad pertractandas hominum causas animum ipse non appulerim: sed marsupio neglecto: ad scribendam domine gloriam libenter me dederĩ. Quid enĩ causarũ actione periculosius? Quid marie laudatione tuti⁹? Nunquid controuertie forenses ad colanduꝫ deũ: hoĩem reddũt maxime lentum? Nũquid marie laudes suos conditores efficiunt: ꝛ ad cauẽda vitia: et ad sectandas virtutes: flagrantiores? Quamobrẽ sapiẽter causidici facerent: michi credant: si forẽsibus rebꝫ nõ tantũ opere darent: in laudibus aũt suauissimis marie aliquem temporis partẽ consumerent Michi aũt ad illius patiẽtiam proficiscendũ

esse videtur. Vehemēter admirari soleo: q̄ nichil nobilissime v̄gini marie defuit: quod ad singularē pertinere: atq; incredibilē paciētiā videatur. Quāta autē fuerit illius paciētia ex recordatōe illoꝝ temporū maxime videri potest: quibꝫ ob perditissimū xp̄i inimicū fugeret in egyptū: filiūq; suū torqueri cerneret hoiem longe omniū formosissimū atq; sapiētissimū. Quanq̄ enī magno timore afficeret: puerulūq; suū perq̄ tenerū trāsportaret: cum viro suo per loca multo asperrima ꝓficiscēs in patriā longinquā et alienā: quū et tenerrima esset: et pauperrima: et etate florētissima tamen neq; deo patri magnifico succensebat: qui nō eiusmodi hoīm calamitatē impedisset: neq; mali quicq̄ acerrimo desiderabas inimico: q̄ xp̄m ex ea natū trucidanti causa peteret. Sed oīa ꝓpter deū equo animo ferebat Eq̄dē nō dici potest: q̄ graui etiā dolore afficeret: quū xp̄z quē dilexit ex oībꝫ plurimū: videret: capite videlicet effosso: facie ꝑquāmaculata: brachiis aūt distractis: pedibꝫ et palmis ferro oblesis: q̄ oē deniq; corporꝫ mēbrū: quod vtero illa gesserat: qd̄ ardētissime illa educauerat: ꝓ genere hūano id vltro obtulissꝫ. Tamē quū maxim⁹ esset: atq; innumeris virtutibꝫ decorata: ꝓpt̄ deū creatorē clemētissimuz

oīa preferebat. Sane michi nunq̄ fuit dubiū: quin dolor marie matris xp̄i oīe martirium superat. O cruciatus maximos. O patiētiā singularē. O amorē eximiū. Quis potest sine lachrimis ītueri tā vehemētē marie dolorez? Si recordatione calamitatis famule nr̄e dolemus: multo magis dolere debemus: quū grauissimā dn̄e nostre afflictionē cogitemus Quare nobis q̄dem censeo: propter īsignē hominū reginā magnopere dolēduz: atq3 lachrimādum. Neq3 vero causidici iusta: neq3 etiā idonea poterūt excusatiōe vti: si tantā forentiuz reruz multitudinez se ipsos habere ferāt vt neq3 ī cogitādo: neq3 ī dolore marie lachrimando versari nō possint. Ipsi enī ad ludēdū vel fruct⁹ causa vel delectatiōis: studiū suū cōferunt. Cur igitur maximas dolorū moles ante suos nō statuēt oculos: vt ex tā optima recordatione ꝛ memoria madescāt flectibus? Hoc meuz ē quidem consiliū: vt non modo mirificam marie amaritudinem graui mente reuoluamus: sed etiā vt eximiaz eius ipsius patiētiam: quātuz possum⁹ ipsi: assequamur Nam si grauissimam: et sanctissimam ꝟginē illam sequamur ducē: nunq̄ oberrabim⁹. Quū igitur videam: et corporis marie pulchritudinem: et ipsius animi excellentiam: ꝛ digni-

tatis magnitudinem: ego illaȝ tanti esse par-
tem: Ut quum duas res propter eam: tum eti-
am propter deū maxime expetere debeā. Unā
Ut hoc meum ipsum opusculum: ī quo etiam
sūma cōtinetur marie patientia minime im-
pediatur peruulgari: sicuti canticum illud:
quod beato nycholao texueram: quod si qui-
dem petero: spero tamen posse: non illo soluȝ
in sacro: ī quo q̇deȝ sūmopere desiderabā Verū
ī aliis etiaȝ plurimis cōcinetur locis: Ut si sā-
ctissimo nycholao nō possī dignas psoluere
grās: aliquā tamē ꝓ maximis eiꝰ erga me me-
ritis referā. Altera ē hec: que ad id quod cupio
adipiscendū: maxime necessaria ē: Ut ꝗ illud
ciceronis os aureuȝ: et sapientiū michi cōparē
